



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio IX. De reseruatione casuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

extra suam diocesim agentem, item quod tempore Iubilæi, quâdo datur facultas cõfistendi approbato ab Ordinario, possit quilibet tali cõfiteri, v. g. Franco approbato à suo Episcopo, qui in transitu versatur in Belgio, imò Episcopus loci non videtur id posse impedire, quia in tali casu non potest eius approbationem reuocare vt suppono, cum ei non subdatur; non potest etiam iurisdictionem impedire, cum illa in eo casu tribuatur à Pontifice. quidquid sit hac de re sacerdotes societatis semel ab aliquo ordinario approbati possunt vbique confessiones audire, dum iter faciunt, vt patet ex Bulla Gregorij decimi tertij. 3. Maij 1575.

21.

Conclus. 2.

Dico 2. probabile est quòd attentio solo Conc. Trid. sacerdos absolute à suo Episcopo approbatus possit vbique recipere iurisdictionem, quantumvis mutet domicilium, & desinat esse subditus Episcopi approbantis.

Prob.

Probatur, quia in rigore verba Concilij non amplius exigunt, nam talis est verè approbatus à suo Episcopo, & Ordinatio cui videlicet suberat (saltem quoad hoc) quando recepit approbationem, & Episcopus approbans verè potuit auctoritativè declarare talem esse idoneum ad confessiones excipiendas, quod per loci mutationem non tollitur.

Confirm.

Confir. 1. constitutio Trid. requirens conditionem in eo, cui possit demandari iurdictio, quæ conditio aliàs non requirebatur, potest dici restringere potestatem committendi iurisdictionem, & proinde ipsa potest strictè intelligi, quantum verba patiuntur; verba autem prædictum sensum possunt commodè recipere, ab Episcopis approbationem obtineat, scilicet unusquisque à suo, id est, unusquisque hanc approbationem obtineat ab Ordinario loci, in quo degit, dum approbatur.

Confir. 2. si Conc. aliud voluisset, videtur quòd mentem suam clariùs debuisset explicare.

Confir. 3. ex eo quòd approbatus ab vno Episcopo possit alibi recipere iurisdictionem, etiam postquam desit esse subditus approbantis, nullum sequitur inconueniens contra scopum Concilij, cum ergo de cætero verba possint modo à nobis allato explicari, probabile est, stando in verbis Conc. semel approbatum posse vbique recipere iurisdictionem delegatam.

22.

Obiectio

Dices id inducere perturbationem in Ecclesiasticâ hierarchiâ.

Resp.

Resp. negando: quia approbatio nullam dat iurisdictionem, & de cætero singuli Episcopi in suis diocesis possunt prohibere parochis, ne delegent iurisdictionem alijs, quàm à se approbatis, etiam irritando delegationem secus attentatam, quod rationabiliter facere possunt, vt aliquo modo cognoscant de capacitate eorum, qui in suis diocesis confessiones excipiunt. 2. cum sacerdotes ratione domicilij, vel quasi domicilij in nostro casu fiant eorum subditi, possunt illorum approbationem reuocare, vel suspendere, non minus, quàm eorum, quos ipsi approbant: imò longè potiori ratione, cum hic longè potior ratio subsistat, cum ipsi non habeant notitiam de eorum sufficietia. si agatur de religiosis mendicantibus, & alijs, qui cum ijs participant in privilegijs, Episcopus, ad cuius diocesim se conferunt, in eâ habituri, potest etiam illos examinare iuxta Bullam Pij quinti superiori dubio citatam, si non fuerint vnquam ab eo examinati, quia Pontifex respectu mendicantium ei soli Episcopo negat secundum examen, qui per examen approbavit, non autem alteri.

Replica.

Dices, Congregatio Cardinalium respondit

Archiepiscopo Valentino approbatum ab alio, quàm à Valentino Episcopo in diocesi Valentina non censi approbatum ab Ordinario.

Resp. non ita constare de hac responsione, cum passim eam non ponant, qui responsiones illustrissimorum Cardinalium collegerunt.

Dixi in conclusione, attento solo Conc. Trid. quicquid in varijs locis consuetudo sit in contrarium, in illis omnino standum est consuetudini, quæ ita decretum Concilij interpretatur, ita vt nulla sit absolutio data ab eo, qui approbatus in vna diocesi, eâ desertâ migrat ad aliam, & sine approbatione Episcopi loci absoluit virtute Iubilæi &c.

Quia tamen quibusdam in locis est consuetudo, vt religiosi etiam mutantem habitationem, & migrantes ad aliam diocesim non petant notam approbationem, quæ consuetudo ortum habuit ex sententiâ probabiliori variorum doctorum, censentibus in locis sufficere pro similibus approbationem semel obtentam, quamdiu Episcopus, ad cuius diocesim commigrant, eos ad examen non euocat, hanc autem consuetudinem vigere in Belgio mihi constat, & proinde religiosi ibidem sese secundum eam gerentes non possunt merito reprehendi.

QVÆSTIO IX.

De reservatione casuum.

DVBIVM I.

Utrum sit in Ecclesia potestas casus reservandi?

RESP. breuiter esse, est de fide definitum in Trident. sess. 14. can. 9. doceturque cap. 7. eiusdem sessionis, supponitur, quæ cap. si Episcopus, de penitentis, & remissionibus, in 6. & Clement. dudum s. statutus, de sepulturis, & alibi, fundaturque hæc potestas in naturâ Sacramenti penitentis, quod exercetur per modum iudicij, inde enim optime sequitur, quòd nullus possit validè sententiam in hoc Sacramento proferre, nisi habeat iurisdictionem in penitentem vt optime deducit Tridentinum cap. 7. cit. quam iurisdictionem, vel saltem applicationem materiæ superiores possunt limitare, quoad causas, & peccata.

Ex his verò patet non solum Pontificem posse reservare casus respectu totius Ecclesiæ, sed etiam Episcopos in suâ diocesi, imò idem posse parochos in suâ parochiâ, licet hi prædictâ facultate vti non soleant, & fortè non ita expediat, quòd possint patet, quia habent potestatem ordinariam, quam non tenentur alijs cum omni amplitudine delegare.

Aduerte aliquos existimare Episcopum non posse reservare casus sine causâ, quod licet verum esse possit respectu parochorum, qui suam potestatem habent à iure, quæ non videtur posse validè limitari pro solo Episcopi arbitrio: tam è respectu eorum quibus ipse Episcopus delegat potestatem, dubitandum non est, quin possit casus pro suo arbitrio reservare, vt ex dictis patet. adde quod etiam respectu parochorum, nisi apertè constet de iniustitiâ (de quâ tamen non ita facile constare potest) iudicandum sit pro Episcopo, & reservatione, cum constet non deesse illi potestatem reservandi. Episcopi

copi

copi hac in re debet esse moderati, ne immodicâ casuum reservatione nimium constentur fideles gravare, & ne illâ occasione vilescat reservatio.

Non solum prædicti, sed omnes ij qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem in foro interiori possunt casus reservare. unde id possunt superiores religionum exemptarum, circa quos tamen

Notandum per Bullam Clementis Octavi editam anno 1594. 26. Maij eos solum posse reservare, certos casus in eadem contentos; si alios velint adiungere, id non posse, nisi servato modo in Bulla præscripto, scilicet ut id faciant in capitulo generali pro toto ordine, vel Prouinciali pro prouinciâ.

Ex dictis facile potest colligi superiores non solum posse reservare peccata externa, seu quæ in actum externum prodeunt, sed etiam interna. quia possunt denegare iurisdictionem, vel saltem materiam non applicare, si forte tale peccatum in penitente inueniatur, ad quod non requiritur, ut Ecclesia possit præcipere, vel prohibere actus internos: unde etiam negatâ posteriori potestate prior necessariò est asserenda. non solet tamen Ecclesia reservare peccata merè interna, sed sola externa.

Ex quo sequitur, quod qui solum interius peccavit, non incurrat in casum reservatum. unde qui incidit in hæresim merè internam, quæ non prodijt in actum externum, potest absolui ab eo, qui potest à mortalibus absolvere.

An venialia possint reservari, videtur posse esse quæstio de nomine. constat ea non posse ita reservari, ut aliquis teneatur illa superiori aperire, cum tamen existimemus iurisdictionem etiam ad illorum absolutionem necessariam ab Ecclesia provenire, nihil videtur obitare quo minus possit denegari iurisdictione respectu certi peccati venialis, atque adeo homo non possit consequi sacramentalem illius absolutionem per alium, quam per eum, qui reservaret: id tamen non est vstitutum, sed in Ecclesia solum reservantur mortalia, eaquæ, ut dixi, externa.

Vnde sequitur, quod si peccatum, ut committitur exterius, non possit censeri mortale externum, non sit reservatum. imò attendendus est modus reservationis; si enim peccatum sub certâ ratione reservetur, & modus ille non inveniatur in actu, casus non est reservatus, quamvis de cætero sit mortalis.

Aduerte Pontificem non solere sibi casus reservare, nisi ratione excommunicationis, quam sibi reservat. non quod solum censuram reservet, sed quod non reservet casum, nisi propter coniunctionem ipsius cum censura. hinc fit 1. quod quis non incurrat in casum Pontifici reservatum, qui ob aliquod factum non incurrit excommunicationem. fit 2. quod absolutus ab excommunicatione possit postmodum absolui ab habente iurisdictionem respectu illius in mortalia. Episcopi varios casus etiam absque censurâ solent reservare.

Aliqui censent quod quâdo casus simul est reservatus Pontifici & Episcopo, sublatâ reservatione Papali tollatur etiam Episcopalis.

Sa verbo absolutio nu. 21. censet mortuo Episcopo quemlibet confessarium posse absolvere à casibus ipsi reservatis. quod non videtur solidum. & primò id non videtur posse dici de reservatis per statutum, cum etiam mortuo Episcopo illud vim suam retinere soleat. secundò neque de reservatis ab homine: quia per reservationem inferiori sublata est iurisdictione necessaria ad valorem huius Sacramenti; non potest autem ex iure, vel alio solido

fundamento colligi, quod ea per mortem Episcopi restituantur.

Petes, num Episcopus possit propriâ auctoritate reservare casus respectu eorû, qui iurisdictionem immediatè recipiunt à Pontifice: v. g. mendicantibus. constat ex varijs eorum privilegijs, quod hac in parte amplissimam habeant à Pontificibus iurisdictionem, non solum quoad personas, quas possunt absolvere, sed etiam quoad casus. quorum potestatem respondeo non videri posse restringi per Episcopos, secluse peculiari Pontificiâ concessionem, seu Episcopos non posse respectu illorum casus reservare colligi potest ex his quæ habet Vasquez q. 91. art. 3. dub. 1. nu. 11.

Probatur 1. sunt immediatè delegati Pontificis, à quo suam iurisdictionem immediatè accipiunt, nec subordinantur Episcopo, igitur Episcopus non potest eorum facultatem quoad casus limitare. Confr. 1. Episcopus nō potest eos restringere quoad personas, sed iuxta modum concessionis Pontificiæ possunt absolvere quoslibet independentè ab Episcopo, ergo similiter non potest restringere quoad casus, cum par sit utriusque ratio. Confr. 2. Pontifex sibi reservans aliquos casus respectu illorum concedit illis amplissimam circa alios facultatem, quam facultatem proinde non potest Episcopus restringere, cum inferior non possit efficaciter restringere facultatē à superiore concessam. Confr. 3. dum Pontifices quosdam casus reservant respectu mendicantium concedentes circa alios amplissimam facultatem, tacite eos hac in parte eximunt à potestate Episcopi. Confr. 4. si Episcopus possit respectu eorum casus reservare, maxima ex parte frustranea esset facultas à Pontificibus collata, cum eam facile possit Episcopus restringere. denique congregatio Cardinalium, quæ præest negotijs Episcoporum, & Regularium, de speciali mandato Clementis Octavi edidit decretum 9. Ianuarij 1601. quo pro Italiâ constituit, ut Regulares non possent absolvere à casibus reservatis Episcopo, per quam restrictionem pro Italiâ, satis indicatur posse extra Italiam, & Episcopos extra Italiam nō posse suâ auctoritate casus reservare respectu mendicantium, atque adeo simpliciter id non posse, secluse peculiari concessionē ipsi factâ à Pontifice, quod decretum est declaratum ab eadem congregatione iussu eiusdem Pontificis 26. Novembris anno 1602. & iuxta declarationem confirmatum anno 1617. 7. Ianuarij iussu Pauli quinti.

Dices 1. Clementina, dudum §. per huiusmodi auctem, de sepulturis, religiosis S. Dominici & S. Francisci non datur maior potestas circa absolutionem peccatorum, quam pastoribus.

Resp. concedendo ibi non dari, sed per privilegia postmodum amplissima est concessa independentè ab Episcopis.

Dices 2. Episcopi possunt reservare casus respectu Parochorum ut constat ex praxi cum tamen huius potestatem habeant à iure, & non ab Episcopis, ergo licet mendicantes suam potestatem non habeant ab Episcopis, non sequitur Episcopos non posse respectu illorum casus reservare.

Respondeo negando consequentiam. ratio est quod licet pastores potestatem habeant à iure: non tamen eam habeant, ut delegatam à summo Pontifice, & cum positivâ amplissimâ potestate ordinariam cum subordinatione ad superiores ordinarios, quod & praxis, & sensus Ecclesiæ, & ratio ipsa docet. nam iudex ordinarius subordinari solet ei, qui in eodem foro est superior.

Petitio.

Resp.

Potestas

mendican-

tium non

videtur

posse re-

stringi per

Episcopos.

8.

9.

Obiectio 1.

Resp.

10.

Obiectio 2.

Resp.

Pastores

habent iu-

risdictionē

cum subor-

dinatione

ad superio-

res bradina-

tiē.

vt, quantum est ex natura rei, superior possit inferioris potestatem restringere; mendicantes autem habent delegatam à supremo principe Ecclesiastico, & quidem cum positiuā amplissimā potestate, vnde Episcopi non possunt eos suā auctoritate restringere.

Dico, suā auctoritate, quia constat id posse auctoritate Pontificis. dixi etiam, positiuā &c. quia si Pontifex alicui terminis generalibus concederet facultatem excipiendi confessiones, neque ex modo concedendi posset notari, quod amplam facultatem ei concederet circa casuum absolutionem, videtur quod talis non haberet ampliorem facultatem quam pastores, & quod Episcopus posset respectu ipsius casus referuare, sicut potest respectu pastorum. similiter quando alicui dat potestatem eligendi confessarium, ibi sistendo, non censetur dare confessario maiorem potestatem, quam aliunde habeat, vel quam habeant pastores, quod patet capitulo, si Episcopus, de penitentis & remissionibus in 6.

II.

Cum datur à Pontifice potestas absolendi à casibus ei referuatis, nō censetur comprehendi casus Bullæ Cœnæ.

In genere diligenter est considerandum, quomodo detur potestas si Pontifex alicui det potestatem absolendi, vel, vt absoluat à casibus ei referuatis, non censetur comprehendi casus Bullæ Cœnæ, quia cum peculiarem censentur habere difficultatem, in generali concessione non censentur concedi, propter quam rationem concessa facultate absolendi à casibus Bullæ Cœnæ, non censetur concessa facultas absolendi ab hæresi, nisi forte circumstantiæ loci, pro quo ea potestas conceditur, aliud exigat.

D V B I V M II.

Quis possit directè absoluerè à casu referuato?

12.

Resp.

RESP. solum referuantem, eiusque in hoc foro superiorem, & eum, qui ab alterutro illorum habet potestatem. quod patet ex natura reservationis. vnde Archiepiscopus visitans diocesim sui suffraganei potest tam per se, quam per alium absoluerè illius subditos à casibus eidem suffraganeo referuatis, alias non potest. similiter delegatus potest iuxta modum suæ delegationis absoluerè à referuatis.

Concessio facta Episcopis.

Notandum in Conc. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformatione concedi Episcopo facultatem absolendi sibi subditos ab omni casu occulto referuato Pontifici in suā diocesim, per seipsum, aut Vicarium ad id specialiter deputatum, in foro conscientiae, similiter in hæresi id ei esse permissum, non eius vicario, circa quod decretum.

13.

Aduerte 1. factorem in eo collatum tantum censeri conferri vbi Trident. est receptum; alijs autem in locis rem antiquo iuri relinqui, vt Congregatio.

Sub Episcopo qui comprehenduntur.

Aduerte 2. sub Episcopo posse comprehendere omnem eum, qui in seculares iurisdictionem habet Episcopalem, vt Capitulum sede vacante, Abbatem exemptum &c. cum in his, quæ sunt iurisdictionis, tales veniant nomine Episcopi. quoad Abbates tamen exemptos videtur contraria declaratio Cardinalium.

14.

Per subditos comprehenduntur etiam vagi.

Per particulam, in sua diocesim, Episcopi extra diocesim existentes non videntur prohiberi absoluerè subditos sibi præsentis, sed ea particula videtur appositæ, vt indicaretur comprehendere om-

nes in diocesi habitantes. eo etiam casu potest Episcopus loci in quo extraneus inuenitur, absoluerè, licet crimen alibi commiserit, vt Congregatio.

Per subditos, intelliguntur etiam vagabundi, vel ij, qui in certo loco habent habitationem, quamuis alibi habeant domicilium, vt facile patet ex dictis q. 7.

Per particulam, aut vicarij ad id specialiter deputatum, indicatur quod id non competat Vicario Generali ex præcisâ collatione officij Vicarij, nisi ad hoc specialiter deputetur, non impeditur tamen Episcopus quo minus hanc potestatem ei concedat. & quidem id potest in alijs criminibus in crimine tamen hæresis videtur debere per se absoluerè, non verò per Vicarium. existimant tamen aliqui Episcopum posse etiam absolutionem huius criminis alteri committere. ita Sa, verbo Episcopus, cap. 37. Henriquez lib. 6. cap. 14. num. 7. & in commentario littera O. Sanchez lib. 2. in decalogum cap. 11. in quinta difficultate, & alijs, quorum sententia non est improbabilis. quia per illa verba, eis tantum & non eorum vicarijs sit permittum, solum videtur excludi institutio Vicarij quoad singulos actus, & personas non dependentis (quod pro alijs casibus conceditur) non autem prohiberi quo minus possint Episcopi pro singulis actibus aliquem delegare.

Casum occultum intelligo, vt communiter accipi solet, & vt distinguitur contra publicum.

Aduerte 3. religiosos exemptos, nisi ex peculiari aliquo modo procedendi suæ religionis impediantur, posse absolui ab Episcopo loci, in quo degunt, quia in hac causâ fauorabili possunt ei subditi à suis superioribus, ne (si eorum superiores circa hoc non habeant privilegium) deteriori sint conditionis quam alijs. Episcopus etiam potest ab ijs absolui per confessarium à se electum.

Aduerte 4. prædictos casus non propterea censeri Episcopales, vnde, qui habent potestatem absolendi à casibus Episcopo referuatis, non possunt eo ipso ab huiusmodi casibus absoluerè.

Difficultas est num hæc potestas maneat in Episcopis quoad casus occultos contentos in Bullâ Cœnæ. plurimi negant, & fauent multæ declarationes Cardinalium passim asserti solite, multum tamen affirmant, & quæuis prior sententia possit esse verior in locis, in quibus Bulla Cœnæ recipitur; in alijs tamen posterior est tuta, cui varij Episcopi videntur se conformare in partibus ultra montes, & varij in consilio dando illi adherent, præsertim cum eius rationes non sint omnino improbabiles, & ad responsum Cardinalium dici possit quod nondum sint Ecclesiæ authenticè proposita.

D V B I V M III.

An is cui casus referuatur, possit dare facultatem consistendi inferiori cum onere se illi sustendi?

RESP. posse, vt communius Doctores. plures citat Suarez disp. 30. sect. 5. num. 8. & patet ex vsu quarundam Religionum approbato à summis Pontificibus. ratio est quod iurisdicchio possit ita limitari pro bono subditorum, siue ea facultas detur confessario, siue immediatè penitenti, quia tamen id est graue, nisi sufficienter exprimitur, vel

ex con-

ex consuetudine recepta in religione intelligatur, quando datur potestas confitendi reservata inferiori, intelligitur concessa sine tali onere. Similiter quando illud onus imponitur, non est necesse de novo sacramentaliter confiteri superiori, sed sufficit casum extra confessionem aperire, quia id sufficit ad directionem à superiore recipiendam, & ad poenitentiam, denique ad finem reservationis, & ut aliquis reuocetur à grauioribus peccatis.

Sed dubitari potest num superior possit imponere onus comparandi in confessione, seu idem peccatum sibi in confessione aperiendi? aliqui negant, sed longe verius est posse: quemadmodum enim non tenetur tollere reservationem, nisi quis casum ipsi confiteatur, ita non tenetur dare licentiam absque tali onere, quo casu poenitens tenebitur confiteri referuanti, licet inferior id non imponat per modum poenitentiae, sed solum explicet superioris voluntatem.

Sed quid si id solum explicet post auditam confessionem & datam absolutionem? aliqui videntur negare, sed

Respondeo cum Suare supra num. 20. etiam eo casu teneri comparere, eo modo quem superior praefixit: quia incuria confessorij in praemonendo poenitente de onere, vel etiam naturalis obliuio non facit, ut confessio superioris sit absoluta, & ut eo casu inferior liberetur ab onere comparandi, cum non possit ab eo liberari absque superioris voluntate, quae in praesenti non inuenitur.

Dices inueniri tacitam, ne scilicet poenitens inuitus tantum onus subeat: est enim graue onus suum peccatum duobus aperire, & possimum in confessione sacramentali, quod onus forte noluisse subire si à confessorio ante confessionem fuisset praemonitus.

Resp. negando assumptum: quia aliquod onus poenitens non priuat superiore iure suo, & non debet censi tantum, ut superior iustus de causis sibi referuans etiam facti notitiam, non censetur illam amplius velle, si inferior eius voluntatem poenitenti tempestiue non declarauerit.

Confirm. si quis bonâ fide confessus sit casum reservatum inferiori, qui, per se loquendo, non poterat absolueri, re ipsa tamen absoluit, & quidem validè, iuxta aliquorum sententiam (de quo infra) tenetur se sistere superiori, quodcumque resciet casum fuisse reservatum: quia superior non debet priuari suo iure propter culpam, vel etiam defectum inculpatum inferioris.

Dices, extrauag. inter cunctas, de privilegiis, habetur tanquam absurdum quod aliquis teneatur secundo confiteri peccatum semel legitimè confessum, igitur non potest dari facultas sub onere in confessione se sistendi superiori.

Resp. negando consequentiam: quia mendicantibus (de quibus ibi est sermo) data est facultas excipiendi confessiones absolute, idque ibi supponit Pontifex, nec ex illo iure vel formâ privilegiorum eorumdem patet illud onus poenitentibus appositum; ut autem diximus, nisi sufficienter exprimitur, tale onus non censetur annexum.

Aduerte quando petitur facultas absoluedi à casu reservato iam commisso, non ita habere locum appositionem oneris: ideo enim potissimum petitur, ut poenitens per se non compareat eoriam superiori, pro praxi.

Notandum quod quando confessorius hanc facultatem petit à superiore, superior debeat valde circumspectè procedere, non nimium cutiosè in-

quirendo, & praesertim cum periculo, quod poenitens veniat in suam notitiam, cum in hoc posset grauiter peccare. quod si inquirat de persona, confessorius non potest eam aperire. potest superior praefigere poenitentiam, quam confessorius imponat, quamuis & id raro, & non nisi ex graui causâ fieri debeat, nec ita statui debet, ut si ea non imponatur, absolutio sit irrita.

Ex his quae haecenus diximus patet poenitentem teneri sub graui peccato comparere coram superiore, quando facultas sub tali onere est concessa: quia res est grauis.

Petes, an superior, à quo petitur facultas absoluedi à reservatis, possit eam negare? aliqui videntur indicare quod non possit, seclusis extrinsecis, alij censent posse, quod, per se loquendo, verius est, idque satis patet ex naturâ reservationis, & quia nisi obfrent extrinseca, superior iure suo vitur.

Notandum tamen quod non debeat hac in re esse nimis difficilis, & quando concessio non cederet in damnum communis, vel ipsius poenitentis, vel etiam tertiae personae, debeat condescendere infirmitati subditi, cui si forte negetur, occasionem sumet confessiones sacrilegas instituendi, & communiter minus est periculi in concessione talis facultatis, quam in negatione eiusdem, idque maximè locum habet, si confessorius prudens hanc veniam petat pro poenitente, asseratque omnino expedire, vel esse necessarium.

Quod si parochus petenti per litteras potestatem absoluedi aliquem à casibus reservatis, in quos inciderat, ea facultas concedatur, & poenitens incidat rursus in similem casum, antequam confiteatur, videtur posse etiam ab illo absolui, quia petitio, & concessio tacite intelliguntur de similibus casibus, qui post illam concessionem clauibus bonâ fide subiiciuntur. quod etiam videtur verum, licet parochus scripsisset non esse periculum relapsus; quia eo non obstante concessio est absolute facta, & independenter ab eo, quod non relabere- tur, neque id adiciendo parochus bonâ fide, decipit Episcopum.

In praesenti dubio Notandum peregrinum habentem casum reservatum in sua diocesi, si non sit reservatus eo loco, ubi confitetur, posse absolui ab omni eo, qui illum aliàs potest audire, quia Episcopus censetur suum subditum subiicere iuxta conditionem, quam fortitur peccatum eo loco ubi instituitur confessio. hinc si committat peccatum ibi reservatum, solum potest ibidem absolui ab habente potestatem in reservata, quamuis in loco habitationis non referuaretur.

D V B I V M I V.

Utrum si quis confiteatur casum reservatum superiori vel alteri habenti potestatem, reservatio desinat; licet non consequatur re ipsa remissionem culpae?

RESP. breuiter definire, quia tali casu peccatum est propositum, & inferior comparuit coram eo, coram quo debebat comparere tum ad instructionem, tum ad penam subeundam, tum ad alios fines reservationis, qui non requirunt, ut culpa re ipsa remittatur. vnde sequitur quod in simili casu poenitens possit postmodum confiteri ei, qui aliàs habet potestatem absoluedi à mortalibus.

Petitio.
Quotundam resp. negat.
Affirmatiua videtur verior.

Casus praefixus.

Episcopus censetur subditum subiicere iuxta conditionem, quam fortitur peccatum eo loco ubi instituitur confessio.

Resp. affirm.

Porro non solum id est intelligendum, quando Sacramentum est validum, sed informe iuxta aliquorum sententiam, verum etiam quando est invalidum, videri potest Siluester, verbo *confessio*, l. q. 19. in fine. Sa verbo *casus reservatus* nu. 7. Suarez disp. 31. sect. 4. num. 9. Vasquez qu. 91. art. 3. dub. 5. num. 33.

Aduerte quod licet is, qui habet potestatem ordinariam, possit tollere reservationem etiam extra confessionem sacramentalem: id tamen non possit is, qui solum habet delegatam, vsu ita declarante, ex quo constat illi non aliter delegari hanc potestatem, quam auditu confessione exercendam.

DVBIVM V.

Utrum si penitens confiteatur habenti potestatem circa reservata, & obliuiscatur reservata, possit postmodum illud confiteri non habenti huiusmodi potestatem?

25.

Varij affirmant etiam de delegato.

62.

Conclus. 1. Negativa de delegato.

Prob. 1.

ITA censent varij, quando confessio instituitur reservanti, addentes id etiam habere locum, quando peccatum omittitur ex negligentia. Varij censent id etiam esse verum, quando confessio instituitur habenti potestatem delegatam circa reservata. plures citat Vasquez qu. 91. art. 3. dub. 5. Resp. &

Dico 1. si confitens habenti potestatem delegatam obliuiscatur alicuius reservati, non potest illud postmodum confiteri non habenti potestatem in reservata.

Probat, id non potest eo quod prior confessarius censetur sustulisse reservationem, cum non possit tollere sine causa cognitione, nec videatur illi aliter potestas delegata.

Confirm. si delegatus posset tollere reservationem sine notitia peccati, posset eam tollere extra confessionem, etiam nullo peccato sibi explicato, quod est inauditum, & inde sequeretur enervatio reservationis, adde quod Ecclesia, & prelati quibusdam tribuentes potestatem absolventi a reservatis, intendunt, ut ij prudenter procedant instruendo penitentem, iniungendo convenientem penitentiam &c. ergo non intendunt concedere facultatem tollendi reservationem eo modo, qui potius obesset penitentibus quam prodesset, & qui ex sua ratione esset valde imprudens.

Prob. 2.

2. Penitens non potest confiteri non habenti potestatem in reservata, eo quod in casu dubij confessarius tacite deleget alteri potestatem: quia talis potestas iterum delegandi non est ei concessa, sed simplex ministerium tollendi reservationem ex cognitione causa.

27.

Conclus. 2. etiam negativa, quando quis reservatum confitetur communi modo.

Dico 2. neque similiter tollitur reservatio, quando communi modo confessio instituitur reservanti.

Probat, superior potest relinquare reservationem, ut constat; non potest autem ex villo solido fundamento ostendi, quod in casu conclusionis eam velit tollere, cum neque id declaret, neque id sit necessarium ad absolutionem, & peccatorum remissionem, ut suppono, & de cetero possit habere intentionem solum necessariam ad impendendum hic & nunc beneficium absolutionis, & proinde possit reservata relinquare suae conditioni.

Confirm. nisi superior aliter explicet, non est censendus velle relaxare id quod valde conducit ad disciplinam Ecclesiasticam servandam, prout conducit reservatio, ut scilicet inferiores, a quibusdam peccatis reuocentur, ut consilium, & medicina melius, & efficacius per superiores adhibeantur.

Dico 3. si habens casum reservatum confiteatur habenti ordinariam potestatem circa illum cum intentione consequendi absolutionem ab eo, illud, quae explicet superiori, & illius peccati obliuiscatur, cum bona fide procedat, potest postmodum confiteri habenti potestatem in mortalia. nam eo casu superior videtur tollere reservationem, cum censetur se gerere iuxta intentionem penitentis bona fide procedentis, qui quantum in se est, omnia explicuit. & hoc sensu verisimilis est opinio eorum, qui censent confitentem habenti potestatem ordinariam in reservata, posse postmodum alteri confiteri, si eorum fuerit oblitus.

Imo id verisimile est, licet confessio instituitur habenti potestatem delegatam, non quod proprie is tollat reservationem, vel alium deleget, sed quod in ea circumstantia superior censetur tollere.

Contra 1. & 2. conclusionem potest obijci, quod quando casus reservatur Pontifici, sublatam excommunicationem auferatur reservatio; excommunicatio autem auferitur ab omni eo, qui potest eam tollere. nam ut penitens absoluitur a peccatis, praemittenda est absolutio ab excommunicatione.

Resp. quando ita tollitur excommunicatio propter necessitatem absolutionis, non eo ipso tollitur reservatio casus, quia id esset contra finem reservationis, quae hac ratione enervaretur; dictum autem commune videtur intelligendum quando excommunicatio tollitur propter eam, & ex particulari intentione eam tollendi, quod in inferiore videtur requirere notitiam censurae, saltem ut subditus bona fide procedens explicet se desiderare absolui a censuris reservatis, easque, quantum potest, aperiat.

In hoc dubio notandum quod qui bona fide confitetur in Iubilaeo, & obliuiscatur alicuius reservati, possit postmodum confiteri non habenti potestatem in reservata, quia Pontifex videtur tollere reservationem, si penitens adimpleat requiritam in Iubilaeo, ita multis, imo Suarez disp. 31. sect. 4. num. 24. censet idem dicendum, quamvis relicta non adimpleat, si intra tempus Iubilaei bona fide confiteatur, quod tamen alij negant, & videtur verius, quia Pontifex non videtur illud privilegium concedere ei qui neglexit indulgentias promereri, & ea gratia videtur pendere in futurum a dispositione eorum, quae requiruntur in Iubilaeo, quoad ea peccata quae intra tempus Iubilaei non recensentur.

DVBIVM VI.

Utrum habens casum reservatum possit illum solum confiteri superiori, adducendo alios pro non reservatis, & utrum superior possit ab eo solo absolvere?

PLURES asserunt superiorem ita posse absolvere, audiendo scilicet solum casum reservatum, & pro aliis remittendo ad inferiorem. ita Caetan. in summa, verbo *confessio*, conditione 10.

Sotus

Sotus dist. 18. qu. 2. art. 5. in 2. propositione. Sa verbo absolutio num. 25. & plures alij. è quibus Sotus dicit id fieri rationabili de causâ, qualis videtur esse sufficiens continua occupatio prælatorum. addit Caiet. eam esse consuetudinem in Romanâ Curiâ.

Sed hæc sententia variis videtur omnino falsâ, nulloque niti solido fundamento, & contrarium eius, quod asserit Caiet. hoc tempore Romæ prædicatur, ubi summus pœnitentiarius audit casu reservato, & iniunctâ pœnitentiâ remittit ad alios pro absolutione sacramentali. itaque

Dico, quod moraliter non liceat confessionem hoc modo instituere habenti potestatem circa reservatâ, cum moraliter non videatur posse occurrere necessitas dimidiandi confessionem propter reservationem peccati, seu non instituendi confessionem materialiter integram.

Suppono ergo nisi iusta necessitas excuset, hominem iure diuino teneri integrè confiteri omnia mortalia, quorum post diligens examen habet memoriam, ut patet ex Trident. sess. 14. cap. 5. porro huiusmodi necessitatem, vel iustam causam non posse moraliter occurrere propter reservationem casus probatur, quia licet concipiamus Prælatum maxime occupatum, id non sufficit ut possit non seruari integritas materialis: nam superior potest, audit casu reservato, iniunctâ pœnitentiâ remittere ad inferiores pro absolutione, cum hac ratione optime possit obtineri finis reservationis, vel potest dare licentiam confitendi alteri cum onere postea coram se comparendi, igitur nec propter reservationem, nec propter superioris occupationes potest occurrere moralis necessitas confitendi non integrè materialiter.

Dices onerolum est pœnitenti casum duobus aperire.

Resp. 1. priorem sententiam cum tali onere non liberare.

2. Dico si non vacet superiori totam confessionem audire, pœnitentem posse eam differre.

Dixi, moraliter: quia si fingamus tales circumstantias quibus sit omnino necessarium pœnitenti confessionem instituere, & ex aliâ parte superior non possit totam confessionem excipere, nec sit alius, cui id committi possit, poterit institui confessio non integra materialiter, sed casus non videtur ita moralis. adde non nisi per accedens oriri ex reservatione, nam positis similibus circumstantiis posset dimidiari confessio non reservatorum, similiter posset dimidiari, etiam si institueretur habenti solum potestatem delegatam.

Aduerte bonâ fide confessum, & absolutum iuxta modum, quem assignat prior sententia, non teneri postmodum illud ipsum peccatum cum aliis recensere in confessione, quæ instituitur inferiori, quia ab eo est directè absolutus.

Confirm. quando aliis iustis de causis instituitur confessio non integra materialiter, non est necesse repetere peccata, quæ quis in confessione recensuit, & à quibus est absolutus. & certè authores prioris sententiæ minus solidè contrarium asserunt.

DVBIVM VII.

Virum habens casum reservatum possit confiteri inferiori antequam superior rem adeat, & virum inferior possit eum absolvere?

TR E S sunt hæc de re sententiæ. prima videtur hanc potestatem concedere, etiam si nulla subest necessitas. ita Nauarrus cap. 26. num. 6. qui plura ponit minus utilia, & fortè non vera. Sa verbo absolutio num. 25.

Secunda censet id posse fieri, quando subest rationabilis causa. tenet Victoria num. 162. Sotus dist. 18. qu. 2. art. 5. §. quartus igitur modus, iuncto §. unde ad primum, Suarez disp. 31. sect. 3. Authores istarum sententiarum censent inferiorem absolvere quidem directè à non reservatis, à reservatis vero solum indirectè, & remanere onus comparendi coram superiore, per quem obtineatur directè absolutio à reservatis. censent nihilominus pœnitentem teneri recensere inferiori omnia peccata etiam reservata; aliqui non concedunt hanc facultatem, quando annexa est excommunicatio reservata.

Tertia sententia absolutè negat id licere extra mortis articulum.

Dico 1. per se loquendo, habeas casus reservatos non potest instituere confessionem inferiori non habenti potestatem in reservata, quando nulla subest necessitas. ita vt 1. sententia videatur omni probabilitate carere.

Probatur, si quis habeat vnicum mortale quod sit reservatum, idque solum confiteatur, videtur res clara ex Trid. sess. 14. cap. 7. & ex naturâ reservationis, per quam subtrahitur inferiori iurisdictioni in illud peccatum, quam iurisdictionem Ecclesia non potest præsumi tacitè concedere in casu hypothetis, cum nulla sit necessitas, & disciplina Ecclesiastica enervaretur, si id fieret. probatur similiter eo casu, quo cum reservatis aliquis habeat non reservata, eaque clauibus subiiciat; vel enim tali casu pœnitens non subiicit reservatum, & tunc, per se loquendo, grauitè peccat confessionem sine causâ dimidiando, vel explicat huiusmodi casum, & tunc sacerdos non potest absolvere cum non possit ferre iudicium de casu reservato.

Dices potest ab aliis absolvere, à quorum absolutione non impeditur ex eo quod coniungantur reservatis: quia non ideo perdit iurisdictionem circa illa.

2. Quando plures causæ deferuntur iudici non habenti iurisdictionem in aliquam illarum, non idcirco perdit ius cognoscendi de aliis, & sententiam de iis ferendi.

Resp. negando 2. partem assumpti, quando ea explicantur, quia vt iudex in hoc Sacramento sententiam legitimè ferat, debet ferre in id totum quod ei subiicitur: ideo enim subiicitur, vt sententia de eo feratur, & proinde, qui non potest iudicare, & ferre sententiam de totâ causâ, non potest de aliquâ eius parte. vnde quamuis propriè non perdat iurisdictionem in alia: tamen hic & nunc impeditur ab illis absolvere, quando simul cum illis subiicitur reservatum, propter rationem allatam.

Confir. non potest dari solida ratio, cur reservatum cum non reservatis debeat explicari (quod asserunt

34.

Prima sent. affir. etiam extra necessit. Nauarr. Sa. Secunda affir. quando subest causa. Victor. Sot. Suar.

Tertia negat extra art. mortis. 35. Conclus. 1. Negat loquendo per se, extra necessitatē.

36.

asserunt auctores 1. & 2. sententiæ nisi quod penitens debeat ab illis absolui. Nec videtur satisfacere quod ait Suarez supra num. 8. & plures alij, quod minister debeat examinare dispositionem penitentis, & proinde causam nosse, quia his non obstantibus satis constat variis casibus penitentem licet quædam peccata omittere.

Ex his patet responsio ad id quod 2. loco obieciatur.

Resp. enim id esse verum, quando sententia non necessario respicit totum id, quod ei subiicitur, aliàs verum non est.

37.

Improbatur prima sententia.

38.

Penitens bona fide confitens casum reservatum, nesciens esse talem, absoluitur valide.

Certè prima sententia nimiam licentiam tribuit inferioribus non valentibus à reservatis absolui, & proinde vltus illius non videtur mihi esse licitus, & nullo modo videtur probandum quod citra omnem necessitatem habità etiam copiam eorum, qui possunt absolui à reservatis, pastor audiat eum, qui habet reservata, & absoluat, remittendo ad alios pro absolutione reservatorum. videri potest Suarez disp. cit. sect. 2. nu. 3.

In conclusione dixi, per se loquendo, quia si penitens bonà fide confiteatur nesciens suum casum esse reservatum, vel sacerdotem non posse ab eo absolui, absolutio videtur valida, Ecclesià tacitè hic & nunc dante iurisdictionem in bonum animarum. 1. quia alioquin innumeri meriti manerent anxij de suis confessionibus. 2. valde grauer deciperentur, cum varij sacerdotes non ita sciant casus reservatos, nec sit penitentium eos scire, vel sacerdotum potestatem, unde siue sacerdos absolvens videtur validè absolui remanente onere se sistendi superiori, ita communius Doctores, vt Suarez sect. 2. cit. nu. 6.

Dices qui bona fide confitetur mortalia non habent circa illa iurisdictionem, non absoluitur, ergo nec prior.

Resp. 1. Suarez sect. 2. cit. num. 8. sentire penitentem in casu antecedentis absolui, cuius sententia non videtur probabilis.

Resp. tamen 2. negando consequentiam: quia ex eo quod in casu antecedentis Ecclesià non det iurisdictionem, non sequitur notabile animarum periculum, cum ille casus sit omnino rarus, scilicet quod vel non habens potestatem absolui à mortalibus se exponat ad confessiones excipiendas, vel non expositus requiratur audire. Si verò in priori casu Ecclesià non daret hic & nunc iurisdictionem, frequenter sequi posset animarum periculum, & quodammodo per se rem moraliter considerando, cum sacerdotes expositi frequenter hac in re possint errare.

39.

Petitio.

Petes, an quando sacerdos audiuit reservatum, à quo non potest absolui, & pergit ad alia audienda, teneatur penitentem absolui, affirmant aliqui, quia penitens ratione confessionis bonà fide instituta habet ius vt absolui.

Resp. neg.

Resp. tamen probabile esse non teneri, nec posse, licet enim iniuriam intulerit penitenti progrediens in audiendâ confessione, non tamen potest absolui nisi habeat iurisdictionem, quam Ecclesià eo casu non debet necessario præsumi concedere, cum in illo nullum sequatur animæ periculum, si non impendatur absolutio, monito penitente quod nequeat absolui propter casum reservatum, & proinde sacerdos negando absolutionem non censetur nouam iniuriam eidem irrogare, vel peccare.

40.

Dico 2. neque etiam potest extra mortis articu-

lum subsistente causâ rationabili, prout vult 2. sententia, deducitur ex Trid. sess. 14. cap. 7. quod non liceat postquam tradidisset in mortis articulo nullam esse reservationem, addit: *Extra quem articulum sacerdotes cum nihil possint in casibus reservatis, id est in penitentibus persuadere mitantur, vt ad superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant.* ex quo videtur manifestum quod inferiores non possint tales personas absolui.

Dices, solum sequi quod non possint absolui sine onere comparendi.

Resp. negando: quia si possent cum tali onere absolui, dici nequiret quod nihil possint. 2. Concilium non deberet ita grauibz verbis tradere, quod inferiores nitantur persuadere penitentibus, vt pro beneficio absolutionis ad indices legitimos accedant, cum hoc modo loquendi consideratis antecedentibus videatur omnino negare inferiores posse vllò modo impendere beneficium absolutionis à reservatis. 3. Conc. non potuit ignorare posse occurrere varios casus necessitatis præter mortis articulum, & tamen illum solum excipit: 4. potestas absoluiendi à reservatis etiam cum onere comparendi pender à tacita concessione Ecclesiæ, quæ concessio non videtur posse dici accedere, cum ex loco citato Trid. potius deducatur contrarium.

Dices solum absolui indirectè, sed contrariè discursus superiori conclusione allatus, quod scilicet index in hoc Sacramento non valens absolui à totâ causâ sibi subiectâ non possit quidquam circa personam, & partem causæ, cum non aliâ de causâ debeat tota causâ explicari, quàm vt obtineatur absolutio ab illâ.

Ex his patet quod habens casum reservatum non valens, adire superiorem, possit absque prævia confessione communicare, vel celebrare tempore quo ad id teneretur, vel non potest absque notâ abstineri, quia potest censer deesse copia confessorij: hoc tamen casu teneretur bonâ fide conari ad eliciendam contritionem.

Aduerte tamen 2. sententiam non videri ita improbabilem, quin in praxi sit secuta, quando superior adiri nequit, quia varij Doctores eam tenent, & illius ratio non est omnino improbabilis, quod scilicet in tali necessitate Ecclesià censetur tacitè concedere iurisdictionem remanente onere comparandi coram superiore. Tridentinum autem loquatur de casibus ordinariis, & velit quod non possit in vllò casu extra mortis articulum absolutio impendi sine onere. id tamen in 2. etiam sententia displicet, quod dicat penitentem solum indirectè absolui à reservatis, id enim videtur minus conformiter dictum, cum, vt diximus, non possit merito teneri recensere reservata, nisi vt ab illis absolui directè. 2. cum non possit dici indirectè absolui, quo casu sola reservata explicat, nulla enim alia materia subiicitur formæ & sententiæ, quam forma dici possit respicere, conformis ergo dicendum videtur eo casu absolui directè à reservatis cum onere comparendi.

Dices si 2. sententia in praxi sit secuta, cur in necessitate constitutus &c. non necessario debet confiteri inferiori antequam celebret, vel communicet?

Resp. 1. quia nostra conclusio videtur certior, & proinde potest sese illi conformare. 2. quia non teneretur suscipere onus confitendi, & postmodum se sistendi superiori, quod præcisè loquendo non consequitur institutionem confessionis.

Iuxta

Iuxta principia 2. sententiæ videtur dicendum inferiorem in casu necessitatis non tantum posse absolueret, quando non inuenitur excommunicatio referuata, sed etiam quando inuenitur. quod tenet Suarez sect. 3. cit. num. 6. quia si penitens non peccet, excommunicatio non obstat validitati absolutionis, vt docent varij, & proinde licet confessarius non posset absolueret ab excommunicatione, nihil videtur obstat, quo minus valeat absolutio. neque in hoc peccabit confessarius confers Sacramentum priusquam absoluat à censura: quia si quod peccatum inueniretur, esset quod communicaret cum excommunicato anteabsolutionem ab excommunicatione: quod tamen potest in casu necessitatis. vnde non obstat excommunicatio, si homo non sit nominatim denunciatus excommunicatus vel peccaret quod cooperaretur alterius peccato, quod etiam falsum est: quia in casu necessitatis excommunicatus, v. g. occultus non peccat suscipiens Sacramenta.

Confirm. ad vitandam infamiam, mortem, &c. excommunicatus posset suscipere Eucharistiam, ergo & Sacramentum penitentiae.

QVÆSTIO X.

De officio sacerdotis in hoc Sacramento.

DVBIUM VNICVM.

Quomodo sacerdos se debeat gerere, vt penitentem licet absoluat?

Dico 1. vt sacerdos licet possit penitentem absolueret, debet illi prudenter constare de eiusdem dispositione, vt de contritione, proposito restitutionis, vbi restitutio est necessaria. & quamuis possit absolueret, antequam re ipsa fiat restitutio: interdum tamen expediet differre absolutionem, donec ea perfecta sit, v. g. quando confessarius aduertit penitentem aliquoties neglexisse restitutionem, quam facere debebat, & promiserat. debet etiam ei prudenter constare de proposito peccata in posterum cauendi, & proximas peccandi occasiones. probatur, quia incumbit ministro Sacramenti procurare ne sacrilegium in eo committatur, & in hoc Sacramento peculiariter ei incumbit procurare, vt sententia sit efficax, & vt non exponat se periculo ferendi sententiam inualem abique graui necessitate; exponeret autem se tali periculo nisi de iam dictis prudenter ei constaret.

Aduerte 1. ex Nauarro in summâ, cap. 3. & Suarez disp. 32. sect. 2. num. 4. illas posse dici proximas peccandi occasiones, quæ semper, aut pene semper in similibus personis peccatum habent coniunctum, vel, vt Suarez, experimento constat in hoc homine talem habere effectum. requiritur tamen vt occasio sit voluntaria, quam remouere sit in hominis potestate. vnde si filius familias in domo paternâ talem habeat peccandi occasionem, non censetur esse indispositus ad absolutionem, si non deserens domum paternam peccatum caueat quantum potest, quia non potest ex ea discedere, atque adeo talis peccandi occasio potest illi censeri inuoluntaria. similiter ancilla, quæ non po-

test absque notâ egredi ex aliquâ familiâ, vel non potest alibi inuenire famulitium, non censetur remanere voluntariè in proxima peccandi occasione, quæ fortè se offert in tali domo. quod tamen moraliter videtur intelligendum: quia si tentatis aliis mediis constet ea non sufficere, posset tandem cogi talis ancilla etiam cum detrimento temporali ad tollendam occasionem. antequam tamen confessarius id præcipiat, iuuat penitentem quantum fieri potest, & suggerat media opportuna etiam in tali loco vitandi peccata, verbi gratia significando vt caueat ne sola cum solo conuersetur &c.

Aduerte 2. quod etiam in superioribus notauimus, ad hoc vt penitens sit dispositus, non requiri vt ipse, vel sacerdos sibi persuadeat enim nunquam mortaliter peccaturum, sed sufficere vt id proponat, cuius propositi etiam signum est, si homo in posterum rariùs labatur, si non tam effrænè peccet &c.

Aduerte 3. in hoc Sacramento credendum penitenti pro vel contra se dicenti, vt communiter Theologi, nisi moraliter constet de contrario, quod addo quia si de contrario moraliter constaret, sacerdos non teneretur credere, vt iam dicebamus de eo qui aliquoties confessus omissionem restitutionis dicit se restitutum, cui confessarius non tenetur credere.

Dico 2. sacerdos tenetur etiam monere penitentem & interrogare, si aduertat eum aliquid culpabiliter omittente. probatur 1. ex parte sacramentali, cuius perfectioni tenetur consulere, à quâ obligatione non liberatur, quod forte iuxta aliquorum sententiam Sacramentum eo casu posset subsistere. quia saltem esset informe; tenetur autem minister Sacramenti procurare vt Sacramentum suo effectu non careat. 2. ex parte penitentis, cui tantum iudex, & medicus tenetur consulere vt non maneat in statu peccati mortalis, & vt eius morbi curentur. & in hoc satis conueniunt Doctores.

Difficultas verò est, an teneatur interrogare, si aduertat penitentem aliqua omittente, ita vt omisso non obstat formali integritati confessionis, & valori, & efficacitati forme, ac effectui Sacramenti: difficultas autem intelligitur quando sacerdos id potest sine incommodo, & sperat se interrogationibus effecturum, vt penitens casum aperiat. Ioan. Medina cod. de confessione tract. 2. q. 19. de confessione dimidiatâ iterandâ, negat, quia in eo casu inuenitur confessio moraliter integra, super quam ferri potest absolutio etiam cum effectu.

Contrarium tamen est longè verius, quod tenet Nauarrus cap. 5. num. 2. Suarez disp. cit. sect. 3. num. 7. Vasquez qu. 93. art. 3. dub. 7. qui tamen indicat sententiam Medinæ esse probabilem.

Probatur, confessarius est iudex, cuius est quantum commodè fieri potest, integritatem iudicij procurare, & vt tota causa innotescat. 2. est medicus, cuius est procurare vt morbi, & vulnera penitentis detegantur. 3. etiam materialis defectus integritatis confessionis est aliquod malum, est etiam grauamen, quod penitens, per se loquendo, remaneat obligatus ad ea peccata in aliis confessionibus aperienda, quibus confessarius videtur ex officio debere occurrere si commodè possit.

Confirm. iuxta sententiam Medinæ confessarius vix teneretur quidquam rogare rusticos confitentes, quod tamen est alienum ab usu confessariorum.

Aduerte 1. sacerdotem non facile obligari interrogare

Conclus. 2.
Tenetur
sacerdos
monere
penitentem.

Difficultas
controuersa.

Medinæ,
negat.

5.
Verior af.
firmatiua.
Nauarr.
Suar.
Vasq.